

rat ex arcæ desiderio, vitam ademerit. Sic enim illa cogitatio omnem sentiendi facultatem abstulerat; sic quemcumque alium sensum atque affectum expectarât alté, ut cum illi proponeretur, quod feminis maximè solet in votis esse, nempe mascula soboles, tam longè fuerit ut illi aliquid afferret levamenti, ut neque, quid alii de re tam lætâ dicerent, attendit, sed tantum dixerit, *Ichabod*, id est, *ubi*

## CAPUT V.

1. Philistiim autem tulerunt arcam Dei, et asportaverunt eam à Lapide Adjutorii in Azotum.

2. Tuleruntque Philistiim arcam Dei, et intulerunt eam in templum Dagon, et statuerunt eam juxta Dagon.

3. Cùmque surrexissent diluculo Azotii alterâ die, ecce Dagon jacebat pronus in terrâ ante arcam Domini : et tulerunt Dagon, et restituerunt eum in locum suum.

4. Rursùmque manè die alterâ consurgentes, invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terrâ coram arcâ Domini : caput autem Dagon, et duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen.

5. Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, et omnes qui ingrediuntur templum ejus, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem.

6. Aggravata est autem manus Domini super Azotios, et demolitus est eos : et percussit in secretiori parte natium Azotum et fines ejus. Et ebullierunt villæ et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magne in civitate.

7. Videntes autem viri Azotii hujusmodi plagam, dixerunt : Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus ejus super nos et super Dagon deum nostrum.

8. Et mittentes congregaverunt omnes

*gloria*? ubi arca Dei? quomodò à nobis ad inimicos abiit? Ille nobis sanè cogitandum, si quando per peccatum Dei gloria à nobis fuerit aliò translata. Sic enim jactura tantum afficiat et exercet oportet, ut neque alia debeat subire cogitatio, neque sonet vox alia in penitentium ore, nisi sæpiùs iteratum *Ichabod*, quod formet etiam extremus spiritus, donec tandem exhaletur et deficiat.

## CHAPITRE V.

1. Les Philistins, ayant donc pris l'Arche de Dieu, l'emmenèrent de la Pierre-du-Secours à Azot.

2. Ils mirent l'Arche de Dieu, qu'ils avaient prise, dans le temple de Dagon, et la placèrent auprès de Dagon.

3. Le lendemain, ceux d'Azot s'étant levés dès le point du jour, trouvèrent Dagon tombé le visage contre terre devant l'Arche du Seigneur; ils le relevèrent, et le remirent à sa place.

4. Le jour suivant, s'étant encore levés dès le matin, ils trouvèrent Dagon tombé par terre sur le visage devant l'Arche du Seigneur; mais la tête et les deux mains, en ayant été coupées, étaient sur le seuil de la porte :

5. Et le tronc seul de Dagon était demeuré en sa place, c'est-à-dire par terre devant l'Arche du Seigneur. C'est pour cette raison que jusqu'aujourd'hui les prêtres de Dagon, et tous ceux qui entrent dans son temple à Azot, ne marchent point sur le seuil de la porte, le croyant sanctifié par l'attouchement des mains et de la tête de leur dieu.

6. Cependant la main du Seigneur s'appesantit sur ceux d'Azot, et les réduisit à une extrême désolation. Il frappa ceux de la ville et de la campagne de maladie dans les parties secrètes du corps. Il sortit tout d'un coup des champs et des villages une multitude de rats; et l'on vit dans toute la ville une confusion de mourants et de morts.

7. Ceux d'Azot voyant cette plaie, s'entre-dirent : Que l'Arche du Dieu d'Israël ne demeure point parmi nous, parce que sa main nous frappe, nous et notre dieu Dagon, d'une manière insupportable.

8. Et ayant envoyé quérir tous les princes

satrapas Philistinorum ad se, et dixerunt : Quid faciemus de arcâ Dei Israel? Responderuntque Gethæi : Circumducatur arca Dei Israel. Et circumduxerunt arcam Dei Israel.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis : et percutiebat viros uniuscujusque urbis, à parvo usque ad majorem, et computrescebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas.

10. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cùmque venisset arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ dicentes : Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et populum nostrum.

11. Miserunt itaque et congregaverunt omnes satrapas Philistinorum, qui dixerunt : Dimitte arcam Dei Israel, et revertatur in locum suum, et non interficiat nos cum populo nostro.

12. Fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus, et gravissima valde manus Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium : et ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis in cœlum.

VERS. (1) 2. — ET INTULERUNT EAM IN TEMPLUM DAGON. Religiosè videntur Philisthæi tractavisse arcam, cujus antea conspectum horruerunt;

(4) VERS. 1. — PHILISTHIM TULERUNT ARCAM DEI. Mirari subit, cur Deus, qui tanto studio gloriam suam tuetur, quique olim graviter adeò multaverat Ozam, ausum tangere arcam, quæ lapsum minitabatur, et Bethsamitas, qui nudam illam aspicerè presumpserant; quique etiam capitalem lege veterat, nè Levitæ contingerent vasa sacra, antequàm velaminibus suis tegerentur; cur, inquam, Deus passus sit, ut sacrum illud depositum in Philistæorum manus deveniret, ab illis tangeretur, et tantorum interdictum tangendi arcam ad Philisthæos non pertinere; nihil est igitur mirum, si Deus nullâ poenâ affect violatores legis, quam sive ignorabant, sive cui non subdebantur. 2° Profanationem, quam Deus punivit in Israelitis tangentibus sive audaci oculò arcam Dei sui aspi-

des Philistins, ils leur dirent : Que ferons-nous de l'Arche du Dieu d'Israël? Ceux de Geth répondirent : Qu'on la mène de ville en ville, pour voir si c'est elle qui cause ces maux. Ils commencèrent donc à mener l'Arche du Dieu d'Israël d'un lieu dans un autre.

9. Et tandis qu'ils la menaient de cette sorte, le Seigneur étendait sa main sur chaque ville, et y tuait un grand nombre d'hommes. Il en frappait de maladie tous les habitants, depuis le plus petit jusqu'au plus grand; et les intestins, sortant hors du conduit naturel, se pourrissaient. C'est pourquoi ceux de Geth ayant délibéré ensemble, se firent des sièges de peaux, pour s'asseoir plus commodément.

10. Ils envoyèrent ensuite l'Arche de Dieu à Accaron; et lorsqu'elle y fut venue, ceux de la ville commencèrent à crier : Ils nous ont amené l'Arche du Dieu d'Israël, afin qu'elle nous tue, nous et tout notre peuple.

11. Ils envoyèrent donc à tous les princes des Philistins, qui, s'étant assemblés, leur dirent : Renvoyez l'Arche du Dieu d'Israël, et qu'elle retourne au lieu où elle était, afin qu'elle ne nous tue plus, nous et notre peuple;

12. Car chaque ville où elle allait était remplie de frayer et de mort, et la main de Dieu s'y faisait sentir effroyablement. Ceux qui n'en mouraient pas étaient frappés de maladie dans les parties secrètes du corps, et les cris de chaque ville montaient jusqu'au ciel.

## COMMENTARIUM.

quando neque dissolvunt, aut conculant, aut aliâ quavis afficiunt ignominia, sed in loco statuunt, quem habuerunt maximè religiosum,

cientibus, nullam esse penes eos qui nec in eandem cum Israelitis fidem conveniebant, neque item de Numine Israelitarum sentiebant. Deum hunc respiciebant Philisthæi perinde ac ceterarum gentium numina, rati nullam habere auctoritatem nisi in populum suum, quem tùm tueretur ac defenderet, cum à validiori numine non prohiberetur, sive ab illis non provocaretur, qui cultum suum profitebantur. Adâi posset, victoriam à Deo Philisthæis concessam argumentum esse roboris ejus numinis potius quam imbecillitatis; atque si arcâ suâ privati Hebræos in poenam criminis passus est, demonstravit tamen Philisthæis, habere se æquè in manu et victores et victos, Hebræos et Philisthæos, ac Philisthæorum quæ vocabant numina : quare ea captivitas gloriam ejusdem numinis æquè apud utrumque populum auxit.

in templo videlicet, quod erat Azoti civitate in ea provincia nobili et laeta, ubi Dagon, qui apud illos erat deorum maximus, præcipuâ quâdam religione colebatur.

De Dagonè varia cogitant et tradunt interpretes. Primum, de figurâ communiter dicunt expressum esse ad piscis similitudinem; quod vox ipsa hebraica satis indicat. *Dag* enim, à quo dicitur Dagon, *piscis* est, cuius figuram habuisse deum illum, quem peculiarem sibi habuit Ascalon, ipsi etiam profani prodiderunt. Sic sanè Diodorus l. 5, c. 2. Hunc porro sive deum, sive deam (et hoc posterius magis, ut arbutur, verum) alii *Derecto*, alii *Atergatim* vocant. Collegit omnia, quo de hoc deo alii dissectim, Cœlius Rhodiginus l. 25 Antiq. lect. cap. 5, cuiusque verba repetam, quæ hinc habent omnium. « Semiramidem, inquit, deæ cuiusdam Derectus fuisse filiam fabulosa præcitat historia. Ejus templum fuerat ad Ascalonem Syriæ civitatem apud stagnum piscibus plenum. Eandem Plinius prodigiosam vocat *Atergatim*, quod esset facie hominis, et corporis reliqua in piscem desinerent. Ferunt Venerem factam deam illi obviâ quâdamque adolescentis speciosâ amorem injeçisse, qui permixta Derecto filiam conceperit, etc. At dolore percita Derecto ex facti turpitudine in lacum se præcipitem dedit, et deformataque in piscem est. » Cum his aliquo modo sentium Hebræorum doctores, ut

À LAPIDE ADITORIUM IN AZOTUM. Jam animadvertimus, castra Israelitarum ad lapidem Aditouri posita fuisse; quare necesse est, Philisthæos arcam invenisse in castris post cladem fugamque Israelitarum, et sacerdotes Ophni ac Phineem post prælium eò secessisse: nisi malueris, captâ arcâ propè castra, locum hujus capture designatum fuisse ex altero loco maxime omnium propinquo, Azotus ex uribus præcipuis Philisthæorum est, quam statuunt alii quidem inter Gazam et Ascalonem, alii inter Ascalonem et Accaronem: adeo parum notus est situs certius veterum urbium Palestina. (Câmet.)

Les Philistins ayant pris l'arche de Dieu, l'emmenèrent. Les Philistins deviennent enfin maîtres de l'arche. Elle venait d'être le sujet de leur épouvante, et elle l'est maintenant de leur joie. Mais Dieu fit bien voir que ce n'était point par faiblesse que son arche avait été prise. Après s'être vengé des vaincus, il se venge des victorieux. Il fait voir que si les hommes ont besoin de Dieu pour se défendre contre leurs ennemis, Dieu n'a que faire d'eux pour perdre les siens, et que lorsque les choses les plus saintes et les plus essentielles au souverain culte qui lui est dû sont livrées en proie à des mains profanes, il sait les rendre inviolables quand il lui plaît, et les mettre à couvert en même temps des insultes des hommes et de l'insolence des démons. (Sacy.)

refert Abulensis et Lyra; dicunt enim in Dagonè speciem aliquam esse piscis, nempe caput, quod habuit à pisce, cum reliquis ad pedes usque partes haberet ab homine. Ego, si ita statuamus, piscem esse, potius existimarem ab umbilico ad imas usque partes speciem habuisse animantis aquatilis; partem verò summam rationalis nature, quales in femineo sexu Nereides, et in virili Tritones descripserunt poætæ. Est enim hæc figura frequens inter gentilium sacra, neque adeo indecora ac turpis, ut illam horreant adoratores ethnici. Tale nobis monstrum in Arte poetica descripsit Horatius:

*Turpiter atrum*

*Desinat in piscem mulier formosa superne.*

Incertum est, an hoc idolum muliebrem haberit, an virilem formam; utramque enim videmus aut à poetis fictam, aut à pictoribus expressam simul cum extrema parte aquatilis nature. Ego juxta superiora magis inclino, ut femineam speciem esse putem; neque valde me masculina forma commoveat, ut virilem credam, quia usitatum est, ut per syllepsin terminatio virilis femineam quoque in se concepiat. Neque inter Hebræos ulla est terminatio, quæ divinam naturam in femineo genere significet; et apud Latinos aliquando deus vocatur, cui femineus datus est sexus. Ita docet Macrobius lib. 5 Saturnal. cap. 8, ubi observat, Venerem vocari deum. Sic sanè Æneid. 2, vocatur à Virgilio:

*Descendo, ac, ducente deo tela inter et hostes, Expedior.*

Imò, ut refert Horus Apollo lib. 4, cap. 12, et Ammonius in lib. de Interpretatione, nonnulli deorum ἀσθενήλια; et ὑποκύνδρα credebantur, id est, qui viri sunt simul atque mulieres.

Hoc porro idolum non erat proprium aut Ascalonis, aut Azoti, apud quos in honore fuisse docent, de Ascalone profani, de Azoto locus iste, in cuius commentatione versamur, sed totius Palestina. Quod autem Dagon fuerit præcipuum Gaze sanum, constat ex cap. 16 Judic., ubi Samson multa Palestinorum milia moriens oppressit. Imò hoc fuisse commune toti Syriæ, cuius pars fuit Palestina, docet ex profanis Xenophon lib. 1 de Expeditione Cyri: « Chalus, inquit, annis magnis, ac mansuetis piscibus confertissimus est, quos Syri sacrosanctos habent, eosque violare æquæ ac columbas nefas putant. » Idem Cicero lib. 5 de Natura deorum. Diodorus Siculus lib. 5, cap. 2.

Quis deus apud gentiles alios fuerit hic Dagon, si modo apud alios religiosus fuit, et nomen habuit aliud, incertum est. Mihi non displicet, quod visum est Serario q. 25, in cap. 16 Judic., ubi Venerem esse putat; quod suadet, quod nuper ex Rhodiginio proliximus, ubi Derecto sive Atergatim aquatilem habuisse figuram dicebamus, quod sonat *Dagon*. Deinde quia Venus orta dicitur è mari, ubi pisces agunt; et ideo vocatur Aphroditis, et sæpè traditur à poetis in piscem fuisse conversa. De qua Manilius lib. 4:

*In piscem sese Cytheræa novavit,*

*Gim Babyloniacas submersa profugit in undas.*  
De qua locutus videtur Ovidius lib. 4 Metamorphoseon:

*Dubia est de te Babylonia narret,*

*Derecto, quam verâ squamis velantibus artus*  
*Stagna Palestina credunt coluisse figurâ.*

Sed suadet hoc valde, quod tradit Herodotus lib. 4, ad medium, ubi Veneris templum apud Ascalonem esse dicit summæ apud illos venerationis illudque omnium antiquissimum, ex quo Cyprî templi consecrati Veneri et Cytheræ formam expresserunt. Ubi græcè fide, ut fecit lib. 2, cum exercitus Sennacherib repentim prodidit stragem, ubi multa addidit, mutavit quædam; non tamen ita ut veræ historie ibi vestigium non appareat, ut notavit Josephus l. 10, cap. 1. Sic etiam eodem loco narrat morbum accidisse his qui Veneris templum compulserunt, qualem Palestini passi sunt, de quo sequenti capite. Hæc mihi gravis est conjectura, ut putem, Dagon non esse aliam à Venerè. Quod etiam probat, quia ut supra ex Macrobio dicebamus, Venus non rarò vocatur deus in masculinò genere, sicut hoc loco Dagon. Hoc etiam sensit in Manilium Scaliger.

VERS. 2. — ET STATERUNT EAM JUXTA DAGON. Quo consilio in locum omnium amplissimum arcam intulerint Palestini staterintque juxta Dagonis simulacrum, incertum est. Quidam datam illi positam illustrem illam sedem honoris ac religionis ergo, quia magnum in arcâ numerum latere existimabant, ut ante congressum eum Hebræis apertè prædixerant, et hoc mihi potius. Alii positam esse credunt eo loco, quasi tropicuum quoddam et magnæ victoriae monumentum; quâ Palestinus deus, Hebræorum Deum gloriosè subjugavit. Ita Historia scholastica et auctor de Mirabilibus sacra Scriptura lib. 2, cap. 7, et fideat Josephus lib. 6, cap. 1, ubi ait, arcam inter donaria fuisse collocatam, quasi donum esset maximum Dagoni à

suis cultoribus oblatum. Idem Theodoretus q. 13. Quod fortassè verum, tametsi non videtur locus opportunus spoliis aut hosti potius victo locus ille qui victori fuerat consecratus, et in quo ab aliis divinus impendebatur honor. Quare prior mihi explicatio probatur magis, quæ religionis et observantia causâ datum dicit esse arce locum in templo Dagonis.

VERS. 3. — CEMQUE SEMBRUISSENT DILUCULO AZOTI ALTERA DIE, ECCE DAGON JACEBAT PRONUS IN TERRA ANTE ARCAM DOMINI (1). Mausit arca Dei in sublimi loco, unde cecidit Dagon pronus, ita ut facies illius affligeret terræ, illamque oscularetur, quod victi faciunt in conspectu victoria. Neque fas erat, ut sordida illa numina, imò demumum prodigiosa simulacra eadem cum vero Deo statione consistere. Sive enim Dagon, ut Eusebius putat lib. 4 de Præpar. cap. 7, Jupiter fuerit, quem *Atriatim* vocant, quia terram ad satus præparari docuit; seu, quod magis placet, Venus, illorum neuter ad Domini latus, aut etiam in illius conspectu stare debuit, cum ille superbis esset, et deorum pater atque rex hominum vocari voluerit; illa et profunda fuerit libidinis, et aliis flammis inspirat amoris obsceni; cum utroque autem Deus perpetuus gerat et implacabiles inimicitias. Cum Azotii tives, aut certè Dagonis sacerdotes, quibus templi curâ commissa fuerat, Dagonisque custodia, summo mane templum essent ingressi, fortassè ut sacrificium aliquod immolarent victori Deo, aut ut curiosos contemplerentur arcam, et quid novi contigerit, scrutarentur, viderunt in loco excelso stare cum dignitate arcam; Dagonem verò, quem triumphatorem salutarant, ignominiosè cecidisse, eo habitu, ut majorem ibi potestatem prono vultu fateri videretur.

VERS. 4. — REUSUMQUE MANE DIE ALTERA CONSCRGENTES (2), INVENIUNT DAGON JACENTEM SUPER PA-

(1) Quasi ab illâ prostratus, illi subjectus illamque adorans. Nota: Deus hic injuriam arce, id est, sibi super arcam residenti illam tam gravi penâ ulciscitur, eaque triplici: Prima, in Dagonem, qui arcam quasi devictam sibi subditam habebat, prosternendo ante arcam ut illum adorare videretur; secunda, in Philisthæos, eos partim morte, partim morbo ani pudendo mulectando; tertia, in ipsam regionem, mures immittendo, qui omnia ista et germina depascere. Unde prudenter Theodoret. serm. 10 de Providentiâ: « Deus, inquit, tradidit arcam majestatem tuetur illi; phylas docens quid non Deum viciessent, sed hominum injuriam. » (Corn. à Lap.)

(2) Veteres quidam putarunt, per plures consecutas dies Dagonem coram arcâ dejectum

CIEM SUAM IN TERRA CORAM ARCA DOMINI; CAPUT AUTEM DAGON, ET DUE PALME MANDUM (1) EJUS ADSCISSÆ ERANT SUPER LIMEN. Cecidit primum Dagon ex excelsu loco, quem cum arcâ communem habuerat, neque aliquid gravius passus est; cum tamen ex eodem loco iterum deturbatus fuit, utramque manum et caput amisit, quæ arcâ non solum ex altari, sed etiam ex templo foras projecit, inventa quippe sunt super limen. Quâ in re moralis concionator multa meditatur, valdè ad formandos, seu reformandos mores opportuna. Primum observo, quod nemo non videt, neque Dagonem simul esse posse cum arcâ, neque enim Christo Bellai, quia utrumque procul abest à lege, quæ in lapidibus scripta claudatur in arcâ, et à Christo, quæ est lex viva, qui procul à se Dagonem ablegat, sive ille sit inverecunda atque lasciva Venus, sive superbus Jupiter, et à Bellai, qui hominem significat sine iugo, aut *solutum à lege*, qualis erat ille cui dictum est Jerem. cap. 2: *A seculo confregisti jugum, rupisti vincula, dixisti: Non seruiam.*

Secundò coram arcâ neque manus, neque caput inesse Dagoni, quia neque honor est ullus vitis in conspectu Dei, qui solus est caput; neque ullus regnare, atque præesse debet, nisi per ipsum. Quod fatentur quotidie christiani sacerdotes, cum publicè et numerosè docent: *Tu solus Dominus, tu solus altissimus.* Neque Veneri solus est locus in templo, neque in hominum animis, quia res est vilissima, sine capite, id est, sine honore, quam arcâ, id est, lex, quæ in arcâ clauditur, tanquam aliquid execrabile condemnat. Neque mirum, si cum sacerdotem nocturnâ illusionè pollutum ab se repellat, neque aliquem admittat nisi purum, ipsam impuritatem et turpissimam intemperantiæ magistrat et incendium ab se procul ablegat. Tam verò Jovi, si Jupiter est Dagon, quomodo Veneri detroncatè sunt manus, in quibus vis est et solertia ad cuiuscumque operis molitionem et fabricam, quia omne vitium torpescit et languet, ubi Deus locum illum implevit, aut insedit; quem vitium antea tanquam alienus dominus, aut crudelis tyrannus

occurrisset ingredientibus; Scripturam verò nominis primum illum diem et postremum expressisse, utpote quod major solitò tunc dejectione appareret. Quod tamen huic interpretationi faveat, in textu nihil occurrat. (Calmet.)

(1) Hugo Victor. l. 5. Allegor. c. 8: « Caput, ait, Dagon, significat superbiâ diaboli: due & palmæ operationem idololatriæ, limen finem & impia culturæ. » (Corn. à Lap.)

occupaverat. Manet igitur Dagon truncus ante arcam in templo, sicut hostis captivus, et armis atque ornamentis exutus ante victorem Dominionum. Ornamenta et arma duces ac principis, caput sunt et manus; illud enim coronâ redimitur; hæc arma tractant, utrisque spoliata jacet in terrâ. Et dum seorsum spectas caput et manus, id planè doceris, nihil in illo esse, quod suspicias et ames; nihil quod timeas, aut etiam quod speres ab eo qui manus non habet, neque caput.

VERS. 5. — PORRÒ DAGON SOLUS TRUNCUS REMANERAT IN LOCO SVO (1). Non remansit Dagon in eadè suâ aut in altari, ubi prius apud Azotios cum honore fuerat; dicitur tamen in loco suo remansisse, id est, in eo loco in quem è suo gradu atque statione ceciderat; cum enim è gravi collisione, à trunco resiliissent manus, et caput extra templum; truncus tamen ipse in eo loco mansit, quem cadens primum occupavit; neque enim gravior illa moles moveri potuit, sicut partes aliæ leviores, quæ avulsæ à corpore ad limen usque projecta sunt. Est itaque scobus: Truncus, caput et manus, in suis quodque locis, jacerunt; truncus eo in loco in quem cecidit primum; manus et caput ab eo loco longè rotata, et ad portam usque templi projecta.

PROPTER HANC CAUSAM NON CALCANT SACERDOTES DAGON, ET OMNES, QUI INGREDIUNTUR TEMPLEM EJUS, SUPER LIMEN DAGON (2) IN AZOTO. Si quid

(1) Simulacri hujus corpus perseverabat super basin; caput et brachia à reliquo corpore avulsa jacebant super limen. Pedes et reliqua corporis extrema humi projecta jaccuisse ferunt Septuaginta; sed Hebræus silet, id autem si admittamus, quomodò Dagon super basin suam perseveravit? Hinc nihilominus ostenditur, eos interpretes ita sibi exhibuisse Dagonem, tanquam numen pedibus manibusque instructum; quare si piscis figuram referebat, eorum piscium formam retulisse necesse est, qui pedibus utuntur, uti phocorum:

*Desinat in piscem mulier formosa superba.*  
Textus Hebræus ad litteram: *Dagon tantum remanserat super illum*, vel super se; vel nominis Dagon litterali significatione acceptâ: *Piscis tantum remanserat super eum.* Nihil illi remanserat, nisi piscis imago, avulso capite et manibus, quæ posterior sententia frequentes habet auctores. (Calmet.)

(2) Judæi quidam superstitione Philistæorum infecti, vel ipsâ Sophonia etate, id servabant, ne calcarent limen templi Dagonis; ita enim exponuntur verba illa Prophetæ 1. 9: *Visitabo in die illâ super omnem qui ingreditur super limen*; vel juxta Hebræum: *Visitabo super omnem transiientem super limen.* Nec à limine tantum hujus nominis continebatur se veteres pagani: eodem etiam obsequi genere

inisset Palestinis mentis, et nisi à Dagon, id est, ab ambitione, sive libidine, creptum esset omne consilium, satis intelligere potuissent, deum, aut monstrum Palestinum calcandum esse potius, quam religiosè cotendum, cum cecidisset ex altari, et ejus caput, id est, quod

aliorum templorum limina observabant; quin et oculis illa et cultu prosequerantur: *Tarpeum limen adora*, ait Juvenalis satyrâ 6, et Tibullus:

*Non ego, si merui, dubitem procumbere templis,  
Et dare sacratis oscula liminibus.*

Veteres Christiani oscula imprimebant liminibus sacrarum apostolis et martyribus ecclesiarum. Limina forium Vestæ sacra erant apud Romanos: hujus nominis tantum erat obsequium, ut nova nupta ad mariti ades se primum conferens, limen ædium contingere non permitteretur:

*Translatâ vetuit contingere limina plantâ.*

Porro nonnisi per summum nefas limen tunc tactum fuisset, violatâ sanctitate nominis, quod castitatem amare quàm maximè credebatur: *Ne à sacrilegio conjugium inchoaret, si calcaret limen Vestæ nuntii castissimo consecratum.* Persæ hodiè pariter pedibus tangere verentur limina quarundam moschæarum, quæ argenteo plerumque vestiuntur. Nefas est apud illos nominis gravissimis penis expandum, limina illa contingere. Si quis à rege benedictio aliquo extraordinario donatus fuerit, statim ad aulam se confert, et nisi regem nactus fuerit, osculum figit limini ædium, quod totum constat ex ingenti lapido porphyretico viridi, quom calcare pedibus nemo audeat.

USQUE IN HODIERNUM DIEM: usque ad tempus, quo auctor hujus libri scribebat; nec tamen hoc indicio tempus illud magis noscimus; id est, post rem hæc gestam satis remotâ. Si textum illum Sophonia, quem recitavimus, Philistæorum mores arguere certum esset, superstitionem illam ad regnum usque Josias perseverasse constaret. Sed alias conjecturas in eandem textum dedimus.

(Calmet.)

A Pœccacion de ce verset où l'auteur sacré remarque qu'après la chute de l'idole de Dagon, les prêtres de Dagon ne marchent point sur le seuil du temple d'Azoth jusqu'à aujourd'hui... Ces mots, dit Bolingbroke, prouvent deux choses: l'une, que ce miracle pitoyable ne fut imaginé que long-temps après; l'autre, que l'auteur ignorait les coutumes des Phéniciens dont il n'a parlé qu'au hasard; il ne sait pas que non seulement les Phéniciens et les Syriens, mais encore les Grecs et les Romains consacraient le seuil de tous les temples, qu'il n'était pas permis d'y poser le pied, et qu'on le baisait en entrant dans le temple.

D'abord, cette expression, jusqu'à ce jour, ne suppose pas un long temps. Ce fut en 1792 que les Français entrèrent dans la Savoie. Un écrivain ne pourrait-il pas dire aujourd'hui:

S. S. IX.

In ipso erat majori dignum reverentiâ, eo esset loco, ubi non poterat omnibus non esse ludibrio, cum esset in limine, quod omnium hominum vestigia calcabant. Sed amens omnino est Venus et ambitio, quæ neque quid res ipsa postulat, aut portendat, considerant, neque ab ipso etiam Deo se doceri sinunt. Hæc videtur Deus docere voluisse, Dagonis caput et manus calcanda potius esse, quam religioso cultu veneranda. At illi non solum laboriosè, sed indecorè ingrediuntur templum, transiuntque limen, ne pedibus terant locum illum, quem dissipatis membris suis initiissee

*Les Français ont pris la Savoie en 1792, et l'ont conservée jusqu'à présent? Samuël a donc bien pu écrire, dans un âge avancé, que l'idole de Dagon étant tombée lorsqu'il était encore dans sa première jeunesse, les prêtres de ce temple observaient jusqu'au jour où il écrivait de ne point poser le pied sur le seuil du temple où on l'avait trouvée brisée.*

Le critique ne cite point les auteurs qui parlent de la coutume de ne point poser le pied sur le seuil des temples. Le savant Grotius n'a trouvé parmi les profanes que des auteurs du siècle d'Auguste ou plus modernes qui aient fait mention de cet usage. Cette superstition qui, du temple d'Azoth, s'était communiquée aux autres idolâtres de Syrie, où Sophonie semble nous la montrer établie avant la captivité, passa de la Syrie à Rome où l'on en ignorait l'origine.

N'est-il pas pitoyable d'entendre deux sophistes du dix-huitième siècle (Bolingbroke et son écho) débiter que Samuël et l'auteur qui a rédigé ses Mémoires peu après son décès, ignoraient les coutumes des Phéniciens, au milieu desquels ils vivaient, et qu'ils n'ont parlé qu'au hasard du temple d'Azoth, qui subsistait de leur temps et qui n'était qu'à huit ou dix lieues de Pondroût où ils écrivirent? Mais le reproche qu'ils font à l'auteur du premier livre des Rois, au sujet des Romains, n'est-il pas plus pitoyable encore et plus absurde? Il ne sait pas que les Romains consacraient le seuil de tous les temples. Quoi! un écrivain qui vivait dix siècles avant notre ère, par conséquent trois siècles avant la fondation de Rome, devrait savoir ce qui se pratiquait dans cette ville du temps d'Auguste et de Varron, du temps de Titulle et de Juvénal qui parlent de cette pratique des Romains au sujet de seuil des temples?

Remarquons ici une altération du texte par Voltaire bien caractérisée. L'hébreu, la version grecque, la Vulgate, etc., disent que les Philistins affligés d'une maladie honteuse consultèrent leurs prêtres, leurs dévins, *kosmib, mantel, divinos*. A ces noms il substitua celui de prophètes, et dans sa remarque sur cet endroit il dit « qu'il est étrange que l'auteur, prophète lui-même, regarde les prophètes des Philistins comme de vrais prophètes, tandis que cet auteur sacré affecte de donner à ces prêtres idolâtres le nom de dévins, *kosmib*, au lieu de celui de prophètes, *nevin*. » (Duclot.)

videbatur Dagon; quo testimonio non obscurarent, aut obturbarent, sed potius angebant, æternamque reddebant Dagonis infamiam. Quam enim rationem redderent Palestini illis, qui aliunde profecti novum illum et ridiculum ingrediendi modum essent contemplati, cur saltu potius quam inessu molli templum inirent; nisi rationem se habuisse religionis et piam Dei sui Dagonis, cujus membra ignominiosè dissipata aditum illum templi constravissent? Quare cæremonia illa Dei potius veri gloriæ quam Dagonis honori ac religioni serviebat. Hujus religionis Sophonias meminit cap. 1: ubi enim Vulgatus legit: *Qui arroganter ingreditur super limen*, hebraicè est: *Qui transiit limen*, ut observavit eo loco Hieronymus, et transferunt omnes penè recentiores interpretes, quæ nonnulli de hæc Palestinarum consuetudine accipiunt, ut nos pluribus ad hunc Sophonias locum. Cedrentis in limine Dagonis à sacerdotibus non calcato significari innuit, ex eo tempore Dagonem in honore esse desisse. Illius enim honor procul dubio perit cujus limen non calcet populus, id est, quod hominum multitudo non frequenter.

Gregorius hic graviter in nostri temporis sacerdotes invehit, qui cum Dagonis caput et manus calcare delibassent, tamen ea contingere non audent, quia à Dagonè aut aliquid expectant, aut quod ab illius manibus accipere relinquere non audent. Quis autem à Dagonè aut habeant aut capient, obscurum non est, si in Dagonè arrogantem Jovem, cum Eusebio, aut impudicam Venerem cum aliis intelligas. Sic autem eo loco Gregorius: Sacerdotes Dagon e usque in hodiernum diem remanent, quia e qui per immunda desideria antiquo hosti e sacrifici, adhuc est. Qui profectò super e templi limen calcare refugiunt, quia neque e immundis suggestionibus nec malis operibus e resistunt. Dagon itaque sacerdotes sunt, e quia etsi manu factis se idolis non humiliant, e concupiscuntur tamen simulacris per ne e faria opera se incurvant.

VERS. 6. — AGGRAVATA EST AUTEM MANUS DOMINI SUPER AZOTIOS; ET DESOLUTUS EST EOS (1). Sevierat Dominus prius in Dagonem, quem

(1) Dieu frappa ceux d'Azoth d'hémorrhoides dans les parties secrètes du corps. La plaie doit Dieu frapper le peuple d'Azoth doit faire trembler selon le sentiment des saints Pères, ceux qui commencent Dieu ne l'honorent pas comme Dieu, ils ont une grande idée de sa puissance, comme les Philistins; mais ils se contentent de

Philistini vero Deo et illius arcæ prætulere. Quò faciliè cognoscere potuit populus ille gentilius, in suo Dagonè nihil esse honoris, nihil virtutis. Nunc aliud edit sue virtutis argumentum, dum populum illum insolentem victoriâ, crudeli ac fœdo vulnere percussum, in suo corpore habere voluit ad dolorem acerbum, et ad ignominiam grave monumentum. Sic autem populus fœdo affectus est vulnere, ut magnâ ex parte perierit; qui verò mortem effugerant, sic sunt durè fœdèque vexati, ut vitam illam ignominiosam et agram cum morte commutare in votis habuerint; atque ideò manus Domini dicitur Azotios demoliri, quia alios ad mortem adiegit, alios ad eam viâ modum, ignominiam et dolorem, ut pro mortis judicari potuerint.

ET PERCESSIT IN SECRETIORI PARTE NATIUM AZOTIUM, ET FINES EUS. Multi de hoc Palestinarum morbo multa dicunt. Illud certum, ignominiosum fuisse morbum, et in eâ corporis parte, quam natura vercunda et solers maxime ab hominum oculis averit. Quis tamen ille sit morbus, minus est exploratum, neque mihi id usque adeò explorare libet, ut minuta persequar. Hebraicè, אפולים, *Apholim*, quod Hebræi legunt aliter quam scribunt; nempe, אפולים, *techorim*. In utraq;e radice multa invenies in Thesaurò Pagnini. In summa, morbus est, qui illam præsertim corporis partem infestat, per quam confecti cibi reliquæ et sordes egerunt, quas Græci *hemorrhoides*, Latini *ficus*, aut *mariscas* appellant. Quæ licet durè afficiant affectas illas corporis partes, aliquid tamen Azotius videtur accidisse molestius, quod ejulatus edere coegit, et ad mortis usque necessitatem adduxit. Quare ad hanc vexationem alii alia addunt, viscerum tormina, et earundem partium carcinomata et ulcera, eaque graviora quam à malè constitutâ naturâ provenire solent. Aquila, ut Theodoretus et Procopius docent, transtulit אפולים, id est, *ulcus rotens* et *exedens*. Josephus lib. 6, cap. 1, pestem dicitte connoissance stérile, et ils ne l'honorent que des levres lorsqu'ils le combattent par leurs actions. Ils veulent allier l'honneur qui lui est dû avec celui de Dagon, c'est-à-dire, avec le culte qu'ils rendent à l'idole de l'ambition ou de l'avarice. Cependant rien ne touche ces personnes. Ils sont tellement enchantés de leurs passions que dans l'impossibilité d'allier Dieu et le monde, l'arche et Dagon, au lieu de dire: Que Dagon demeure renversé par terre, ils font tous leurs efforts pour le rélever. Ils disent, au contraire, comme ceux d'Azoth: Que l'arche de Dieu ne demeure plus avec nous. (Sacy.)

cit in Azotios terminos immisam, quæ viscera corrumpere illaque putrefacta et graviter olentia dissolveret: e Postremò, inquit, græcè vissima pestis Azotiorum urbem, atque e agrum adorta est; correpti enim dysenteria e cruciabiliter moriebantur; nonnulli interanea vitata, morboque corrosa evomebant. Theodoretus non negat Azotios dysenteria laborasse; putat tamen ex illâ secessum illum, qui ciborum egerit excrementa, utpote sæpè eo labore vexatum, contraxisse morbum, quem alii variis nominibus explicant. Ego hic non amplius morabor, quia, ut qui cænosis herent, et grave aliquid halantibus locis, quam primum possunt, inde se expediunt, sic ego hinc quamprimum evolare studeo.

Illud tamen non omitam (quia ad commutem cogitationem plurimum facit, et ad id, quod supra putabamus verisimile, nempe in Dagonè descriptam esse Venerem) morbum, quem immisum esse dicit Herodotus loco à nobis superius allegato, his qui Ascalone templum Veneris, id est, Dagonis, expoliârunt, esse, quas Latini *ficus*, seu *mariscas* appellant. Morbum enim illum Herodotus *θηλια* appellat, quem illius interpres *theliam* reddidit; et docet medicos, qui fœdum illum morbum curant, *θηλια* vocari. *θηλια* porrò à *θηλον* derivatur, quæ pars in uberibus extrema, quæ dicitur *papilla*, quæ tumor est ab uberibus extans: unde papillatam dicimus, quod tumens quibusdam gemmis, seu bacis instructum est; qualem Hieronymus appellavit *corymbum*. Ab hujus similitudine tumor, qui ex vitioso aliquo humore turget in humano corpore, *papilla* dicitur, quæ vox à *papalè* derivata est, quâ ad explicandos ejusmodi tumores utuntur Latini. Et quidem Serenus morbum illum, quo sedes in homine tumet et laborat, *papillam* appellat:

*Exercitium turpes anum si fortè papillæ.*

Licet autem in eâ historiâ sæpius peccaverit, ut in aliis assolet, Herodotus tamen satis indicat ad hanc historiam respexisse, et morbum illum hominum opinione, quibus res tanta tanquæ admirabilis non erat ignota, fuisse quas à figurâ non admodum diversâ Latini *ficus* vocant.

ET EBULLIERUNT VILLE ET AGRI IN MEDIO REGIONIS ILLIUS, ET NATI SUNT MURES, ET FACTA EST CONFUSIO MORTIS MAGNE IN CIVITATE. Hæc verba non sunt in hebraico textu, quem nunc habemus, neque in multis latinis codicibus, quo-

rum non paucos numerat Lucas Brugensis in suis Notationibus ad sacra Biblia. Quibus ego addo hispanicam translationem, quam ex Hebræo jampridem converterunt Judoarum doctissimi. Lyranus hic et Abulensis hæc non putant à Hieronymo fuisse conversa; sed cum sequenti capite aliqui significetur plaga à muribus inflata, neque tamen in hoc capite ullus sermo de muribus, studiosus aliquis id notavit in margine, quod deinde scripturam incurriã irrepsit in textum.

Ego non puto hæc antiquis temporibus abfuisse à textu hebraico, licet in illo modo non inveniantur. Quod ideò mihi persuasum, quia ante Hieronymum alii quoque hoc ipsum tradiderunt, ut Josephus lib. 6, cap. 1, et Septuaginta, quos credibile non est aliquid in suam translationem contulisse quod non esset ex Hebræo desumptum. Quæ autem fuerit hæc plaga à muribus inflata, obscurum est. Quidam mures illos, qui repente ebullierunt, ex agris ascendisse putant ad partes illas exulceratas, et quod extrorsim extabat è visceribus, corrosisse, quod ubicunque locorum essent, evitare non poterant, quia nullus erat locus, qui non scateret murium innumerabili multitudine, quibus nullum occurbat impedimentum, quominus intestina depascerentur, et loca tumens atque exulcerata perfererent, cum nihil à femoralibus adesset opportuni remedii. Et ideò sedes sibi febre pellicæ, quas infestis soricum morsibus opponerent. Ita putat hic Gregorius, Abulensis, Lyræ, Comestor et Hugo, et quidam alii ad illud Psal. 77, vers. 66: *Percussit eos in posteriora, approbriam sempiternam dedit illis.*

Ego potius probo, quod Theodoro placuit, et prodit Josephus l. 6, cap. 1, quod videlicet mures non tam morderent lacerarentque affecta loca et exta defluentia, quam vastabant agros, et spem omnem frugum arboribus et agris adimebant. Quod satis meo judicio patet ex cap. sequenti v. 5: *Facietis similitudines murium, qui demoliti sunt terram.* Historiam hæc de muribus tradit Theodoretus q. 13: *Cum nulla, inquit, civitas auderet arcam excipere, eam foris reliquerunt sub dio: sic enim docuit historiographus. Fuit enim, inquit, arca Dei in agro (Vulgatus in regione) legit, hebraicè *bisde*, quæ vox plerumque e agrum sonat) alienigenarum menses sepeltem. Postquam autem existimârunt, fors e manente arcâ, se esse liberos à plagis à Deo e immisiss, intulit Deus supplicia etiam rebus*

inanimis, immisit enim murium multitudinem in vites et segetes, qui omnes eorum fructus perdidit.

Ex hac murium in Palaestinis agris multitudinae ac vi vehementer noxia, ut inquit Philastrius in haeresi Musoritarum, orta haeresis fuit, quam quidam tenuere, qui à suae religionis materia Musoritae vocati sunt. Musoritae aut, sunt quidam nomine, qui sorices colunt, qui sub Belo (ego sub Hele, seu Hele lego) sacerdote, cum fuisset capta arca testamenti ab Allophylis, atque ex ira Dei produxisset terra sorices, ut eorum fruges deperirent, admoniti à suis fecerunt aureos mures.

Hunc locum sine dubio spectavit David Psal. 77, v. 75, cum dixit: Percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Opprobrium appellat sempiternum; cur tamen sempiternum dicatur, incertum est. Fortasse non illi solum qui ceperunt arcam, et eodem quo Dagonem in loco statuerunt, ignominiosam plagam percussi sunt; sed etiam eorum posteris, ita ut vulgus illud fuerit haereditarium. Quomodo à posteris Giezi, propter parentis avaritiam, in aeternum paterna lepra non recessit l. 4 Reg. cap. 5, vers. 27; sic Elisæus ad Giezi: Sed et lepra Naaman adheret tibi et semini tuo usque in sempiternum. Et Iudeorum posteris parentum supplicium sic adhesit, ut aunc vagi essent, et in alienis semper sedibus inquilini, et odorem tetrum nunquam deponant; propter quod jam olim communi publicoque convicio fatentes dicebantur. Neque nostris seculis exempla defuerunt ejusmodi. Ut enim refert Polydorus Virgilius lib. 15 Histor. Anglicanae, illorum posteris, qui equi, quo vehabatur S. Thomas Cantuariensis, caudam amputarunt, omnes ad unam proliere caudati. Hoc fortasse modo qui ex genere nati sunt Philistinorum, eodem quo parentes morbo laborarunt, aut isdem, quibus parentes, muribus agros suos vexatos habuerunt.

Sed alias ob causas credo genus illud hominum opprobrium habuisse sempiternum; vel quia aureos cum arca mures conjunxerunt, et aureos anos pudendo illo vulnere deformatos, quos verisimile est, diligentissimè ab Hebraeis in omne tempus fuisse servatos, ut extaret divinae virtutis, quae Philisthaeos eò redegit, aeternum quoddam monumentum. Sicut enim homines rerum à se proclare gestarum ad omnem aetatem monumenta excitant, quae illarum memoriam interire non sinunt, sic Deus voluisse videtur, expressis anis ac muribus è pre-

tiosa materia, aeternam illius facti conservare memoriam. Haec mihi explicatio minus displicet, quam superior.

Sed est, opinor, tertia minus abs re. Ex rebus naturæ suæ aut illustribus, aut maximè alligata ignominia, aut infortunio notatis, non solum homines sed etiam provincias sumptuose cognomenta aut sordida, aut illustria, nemini dubium est. Unum aut alterum adducam exemplum huic rei accommodatum valde; in plura invenies. Tradit Plutarchus q. 5, Conviviali, Cornelius Tacitus lib. 21 Annal. et, ut refert Josephus lib. 2 contra Apollonem, Possidonius et Apollonius Molonis, falsò quidem et ineptè, tradunt tamen ex communi vulgi opinione, quod sepè nullà ratione ac fundamento ducitur, quo tempore populus Hebraeorum egressus ex Aegypto, desertum est ingressus, laborasse siti, et cum extrema jam esset desperatio, apparuisse gregem asinorum, qui ad copiosas aquarum venas sitientes deduxit, camque ob causam asini effligem, quo duce illud natura deficientis subsidium invenerant, in intimo templi recessu sacravisse. Quae opinio, ex hominum errore nata Judaeis Asinariorum, id est, asini cultorum, nomen attribuit. Hoc ipsum eadem gens Palaestina docet, quae Adophylla dicitur, quasi quae alieno solo in regionem illam commigrarit, quod in maledictis atque conviciis audire solent homines, quos Hispanorum vulgus *advenedizos* vocat. Tertium sit exemplum: Theseus Atheniensium fuit fundator et pater; ille quia, ut est in fabulis, aliquid contra infernos deos molitus est, affixus est petrae, et in eà in aeternum sedere coactus. Hercules tamen illum ab eo supplicio liberavit, ita tamen ut in eo saxo natum partes affixas reliquerit; quare eo fermè modo deformatus rediit, et ex eà sede laceratus, sicut Palaestini à foedo illo ulcere, quod attulit Dei manus aggravata. Ab illo utique vulnere, quia excessam retulit et mutilam sedem, *Depygis* appellari potuit; sanè ab eo Athenienses, qui illum suae civitatis agnoscent auctorem, *Depygis* dicuntur, licet ab eà corporis parte nihil fuerit illis sive à morbo, sive ab hoste detractum. Vide Rhodiginum lib. 4, cap. 8, et Hesychium in voce *λίσσα*, et Scholiastem Aristophanis. Sic puto Palaestinos filios idem à parentibus habuisse cognomen, qui *Depygis* fuerunt, quamvis ipsi nihil ejusmodi aliquando pertulerint. Hoc est sempiternum opprobrium, quia à parentum ignominiosa labe hanc etiam posteris compellationem habuerunt.

Sempiternum etiam opprobrium appellari potuit, quia à re illà, et rarà et horribili, proverbium aliquid emanavit, quo gravis foedae calamitatis exprimitur. Quale est illud: *Lemmiam malum, Ilias malorum, Lerna malorum, Imus dolores*. Sic puto, cum aliquis turpe aliquid et durum patiebatur, et cum idem aliquis imprecaretur alteri, ab hac Palaestinos plagà comparisonem olim adhiberi solitam. Sic sanè nunc etiam adhibent Hispani, qui plagam foedam et duram, qualem sustinuerunt Azotii, *Azotes* appellant, et ejusmodi plagas infligere, *azotar*, quasi dicas, *azotizare*. Et illis maximè plagis hoc accommodant nomen, quas in eà parte subeunt pueri à paedagogis et magistris, quae maximè in Azoto aliquae civitatibus Palaestinae vexata est.

ET FACTA EST CONFUSIO MORTIS MAGNE IN CIVITATE. Magnam attulit cladem civitati pestilens ille, et non vulgaris, aut usitatus morbus, qui cum ubique grassaretur, et dolores afferret acerbissimos, quibus passim homines et ubique confeceret, non poterat civitas non confundi atque clamare. Confusio porrò dicitur mortis, quia gravis erat pudor, et mortis instar, ex eà morbi turpitudine conceptus; aut clamor erat ex morientium et laborantium dolore permixtus. Qualis antea, opinor, audiebatur in Aegypto, cum nulla domus esset, in qua non jaceret extinctus primogenitus. Aut quod de capti Trojæ cecinit Maro *Aeneid.* l. 2:

*Diverso interea miscetur mania luctu.*

Et paulò post:

*Cruclis ubique*

*Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.*

VERS. 8. — ET MITTENTES CONGREGAVERUNT OMNES SATRAPAS PHILISTINORUM. Cum viri Azotii ulioris Dei severam in se manus essent experti, et adhuc viderent ad alias atque alias plagas intentam, de suà salute et adhibendâ tanto morbo medicinâ deliberant. Quare undecunque advocant satrapas, quorum consilio res administrabatur publica, et quid facto opus sit, illorum consultatione decernitur. Ubi *Vulgatus satrapa*, hebraicè est שרפים *Seraphim*, quae vox *praefectos, principes, aut magistratus* significat. De quâ nos pluribus in nostris Commentariis in Daniele ad illud cap. 5, v. 2: *Ad congregandos satrapas*. Hic puto *satrapas* dicuntur, qui civitatibus praerant, aut provinciis. Sanè imperium Persicum in centum et viginti satrapas divisum est, quibus totidem satrapas praefecit Darius, Dan. cap. 6. Quod item usitatum esse apud Palaestinos constat hoc ipso

libro, cap. 29. Ubi qui uno loco satrapae, alio dicuntur principes. E quorum numero videtur fuisse Achiis, qui, cap. 27, rex appellatur Geth. Hi igitur sive satrapae, sive principes, de summa rerum in Azoto conventu provinciali deliberant. Erant autem quinque in Palaestina praefecturae, quarum moderatores et principes, Josue c. 15, reguli vocantur.

RESPONDERUNTQUE GETH. Apparet Geth praefecturam esse omnium nobilissimam, quae jus haberet primo loco dicende sententiae. Ex eà fuit Achiis, qui summum locum habuisse videtur inter regulos alios, 4 Reg. cap. 27. Hujus autem consilio subscriperunt alii ex eadem praefectura seniores, qui aliarum civitatum suffragia ad suam sententiam adduxerunt.

CIRCUMDUCAITUR ARCA DEI ISRAEL. (1). Haec summa fuit Gethorum sententia, ne in uno loco contineretur arca, sed per varia Palaestini soli loca traderetur. Quae verò ratio satrapas in illam adduxerit sententiam, non constat ex textu; est tamen verisimile, quod Lyra doctè atque Procopius, dubitasse in illo provinciali conventu satrapas, an ab Hebraeorum Deo, aut ab arca captâ, quod idem erat in illorum sententiâ, lues illa terra provenisset; an ab aliquâ terrae aerisque dispositione malignâ. Quare ab Azoto summo verisimile est, ut reipsâ cognoscant unde tam gravis tanque repentina calamitas ingruerit. Id verò ex eo fit pluraquam verisimile: quia postquam alie etiam civitates, quas lustravit arca, isdem affectae plagis et incommodis afflictæ sunt, adhuc tamen dubitant, an divinitus fuerit accepta plaga, aut ab aliquâ naturali causâ profecta. Ideo enim arcam à vaccis sine ullo rectore in plaustris ferri jubent, ut ex illarum progressu ac viâ illius calamitatis auctorem agnoscant.

VERS. 9. — ILLIS AUTEM CIRCUMDUCAENTIBUS EAM, FIEBAT MANUS DOMINI PER SINGULAS CIVITA-

(1) Septuag. vertunt: *Transseat arca ad nos, quasi dicat: Non timeamus arcam arceque vindictam: veniat illa ergo ad nos.* (Cor. à Lap.)

Reddi posset Hebraeis alio sensu, longè diverso à Vulgatâ: *Responderunt: Ducatur in Geth arca Dei Israel.* In hanc interpretationem concesserunt Septuaginta: *Transseat arca Dei; et transit arca Dei in Geth.* Sed Vulgatæ expositio prior videtur; non enim satis lucenter exprimit textus, arcam in Geth constitutam fuisse. Theodoretus et Procopius animadvertunt, Philistinis facillè primum in mentem venisse, mala hæc sibi à naturalibus causis, puta è corrupto aere, indulta fuisse; idque ut persuaderet Azotius, stansisse arcam per tres provincias circumducere. (Calmet.)

TES INTERFECTIONIS MAGNÆ NIMIS. Satis grave documentum divinæ offensionis et vindicis manûs habuerunt Palestini, quando nulla fuit civitas in quam ingressa est arca captiva, quam non invaserit acerbissimus dolor et dira lues. Neque enim levior fuit divina manus in alias civitates, quam fuerat prius in Azotum, quam, ut vidimus, fœdo percussit ulcere, et cadaveribus implevit. Hanc verò manum ultricem et duram primi post Azotios agnovère Gethæi, ut indicat illud, quod statim additur, à Gethæis contra plagam illam aliquod quæsitum esse remedium, de quo statim. *Fieri manum super aliquem juxta Hebræorum idioma, est poteram suam in aliquem ostendere, sive ornando, sive beneficiendo, sive deprimendo, aut alio quovis modo divexando. Favorem sanè et auxilium significat, Psal. 77: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.* Sic sæpè facta fuisse dicitur manus Domini super Prophetas, cum illos aut Spiritu afflavit divino, aut ad magnum aliquod opus roborabat. Ezech. cap. 1, v. 3: *Et facta est super eum ibi manus Domini.* Et idem de Eliâ dicitur lib. 3 Reg. 18. Significat etiam aliquod durum et hostile. Ezech. 15, cap. 9: *Et erit manus mea super Prophetas, qui vident vanam, et divinant mendacium.*

ET COMPUTRESCEBANT PROMINENTES EXTALES (1) EORUM. Ubi Vulgatus *extales*, hebraicè est, אֲשֵׁרֵי אֶפְרוֹיִם, quâ voce supra significasti diximus morbum illum, quo secretiora natium fœdè vexantur, quales sunt, quæ *marisca*, seu *ficus* appellantur, quæ etiam prominentes appellari possunt, quia dum tument, ab ore sacro, id est, à suâ naturali sede extuberant et emergunt. Quidam intestina putant, quæ ex sedis vitio molestè ac periculosè pendunt; quod accidit persæpè, cum intestinum rectum in ipso

(1) Idem est morbus de quo supra, v. 6: *Et absconditus erat virus eorum.* Affecti sunt morbo hæmorrhoidum intimo et latenti, ex quo utique dolor major et gravior perniciet. Aliter: *Et morbus iste latebat illos.* Nihil tale unquam experti fuerant, cui remedium nullum erat adhuc sive ab arte, sive ab experientia.

(Calmet.)  
Porro congrua hæc fuit culpa Philisthæorum poenâ: quia enim ipsi summo hægonem ab arca, solo sedeqe suâ dejectum in illud restituerant, justè ipsi morbo puniti sunt in eo membro quo sedere solebant, ut sedere non possent nisi in sedibus pellicæis, eò quod Deo vero solium divinitatis abnegassent illudque suo Dagoni assignassent. Ita Theodor. c. Sedes dicitur, inquit, morbum passi sunt, qui arcam à divinitate impè locaverunt, nempe apud Deum falsò appellatum. Sic et Procop. (Corn. à Lap.)

excernendi nixu atque conatu descendit, et cum ipsis quoque ciborum fœcibus dejicitur. Et hoc posterius videtur magis cum nostrâ translatione congruere; neque enim tam *extales* dici possunt partes illæ, quæ in sede à fico tument, quam intestina, quæ è suis locis commota è sede delinunt et pendunt. Ubi Vulgatus, *computrescebant*, hebraicè est אֲשֵׁרֵי, *istera*, à radice אֶשֶׁר, *satur*, ubi *W* ponitur pro *D*. Quod variè à variis redditur. Pagninus: *In cognita eis marisca.* Cajetanus: *Fuerunt absconditæ eis mariscæ.* Quod ipse sic exponit: *Ad interiora corporis retracta plaga marescarum.* Quomodo etiam expliciit Vatablus et Rabb. David, et indicat Isidorus. Tigurina: *Ut lateant eis morbi.* Septuaginta, Chaldæus et hispanica antiqua translatio, *hæmorrhoides* exponunt. Et in hanc quoque sententiam trahi possent illorum translationes, qui aliquid occultum interpretantur. exceptis paucis, qui morbum intrinsecus exortum putant. Nam reverà morbus ille, cum partem totius corporis occultissimam vexet, occultus atque etiam incognitus appellari potuit. Quis enim morbum illum, nisi ei qui manus advovet medicis, aperuit, nisi qui mentem, aut pudorem amisit?

Sed, ut dicebam, mihi illud magis videtur verisimile, huc significari præter hæmorrhoides, intestina deluentia ac pendula, quæ è secessu illo emergunt et prominent. Quod putat Lyra, Abulensis et Gregorius, et quotquot intestina dicunt à muribus fuisse corrosa. Et quidem in extremam illam partem, per quam excernuntur confecti cibi reliquæ, non tam extorum nomen convenit, quam in viscera, quorum pars intestina sunt. Nisi dicas illa, quæ propriè dicuntur exta, computruisse, et jam in saniam resoluta per secessum egesta, quod non nemo putabat. Et fortassè hoc est, quod lib. 2 Paralip. cap. 21, v. 15, minatus est Deus per Eliam Joram: *Tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egre diantur et talia tua paulatim per singulos dies.* Quod impletum est, ut habes statim v. 19: *Sic longè consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter et vitâ caruit.* Quomodo autem id fieri possit, viderint anatomices periti. Ego enim alienam materiam satis jam pro meâ calculatè, imò plus satis tractasse videtur.

INSERENTQUE GETHÆI CONSILII, ET FEREBANT SIBI SEDES PELLICÆAS (1). Apparet primò ab

(1) Et fecerunt sibi sedes pellicæas, ut mollis sedentis molestiam utrumque levarent. Veteres minùs quam nos delicati, et minùs in

Azotus ad Gethæos arcam fuisse traductam, quando isti omnium primi dicuntur illud de pellicæis sedibus consilium iniisse, nisi dicamus illos, utpote omnium principes, in communi de re Palestinâ ac publicâ delibèrâsse. Hæc verba non inveniuntur in hebraico codice, atque idè recentiores interpretes omiserunt, imò ex antiquis nonnulli, ut Chaldæus, neque in aliquibus Septuaginta codicibus, ut in Complut.; sed Theodoretus illam apud Septuaginta lectionem agnoscit, licet non legat *pellicæas sedes*, sed, *auræas*. Errat, opinor, ubi ille legit χρυσῆς, id est, *auræas*, χρυσῆς, id est, *pellicæas*, seu *scortæas*. Sed licet in Hebræo, aut in Græco non esset, non tamen quasi superfluum rejici debuit à nobili quodam nostræ ætatis interprete, cum neque ubique hebraicè græcicè codices incorrupti sint, et illis insit ab Ecclesiâ judicio canonica fides.

Quæ fuerint, aut quid spectaverint *sedes* istæ pellicææ, videndum est. Quidam, teste Theodoro, hunc locum sic exponunt, ut *sedes* nihil sit aliud quam pars illa corporis quæ ventris excipit et egerit onus, quæ à Latinis honesto vocabulo *sedes* appellatur. Καὶ παραδίδωκεν ἀβρόν αὶ ἔθραι: *Et undique resolutæ sunt eorum sedes.* Quæ explicatio commodior erat superiori clausulæ, ubi Philisthorum extales extabuisse, seu computruisse dicuntur. Sed planè ut Vulgata, sic etiam Septuaginta translatio hæc à superioribus secerunt.

Quidam *sedes* esse putant mollis substratas, pulvillis è pellicæâ materiâ, plumâ, aut alio quo militari tomento infertis, ut sine dolore commodius sederent; aut quia naturalis *sedes* tumens aut saucia laborabat, aliam sibi *sedem* assuerunt, quam secum quocumque locorum circumferrent. Ego putò *sedem* hoc loco significare tegumentum illud, quod partes illas vestit et celat, quibus homines sedent, quasque morbus ille molestè vexabat. Si enim intestina deluebant, minùs viderentur cautè suæ valetudini consuluisse, si nihil adderent quod

commoda ingeniosi, nihil habebant mollis, ubi sederent, quam pelles hordorum vel bouum, super sedilia lapidæa vel lignea stratas. Vulgò autem sedebant super nudum lapidem vel lignum: honoris verò vel mollis sedendi gratiâ, interdum sedili imponebatur linea vestis vel pellis. Procos Penelopes exhibet Homerus, dum talis ludunt, sedentes super pelles bouum, quos ipsi per se mactaverant. Pisistratus filius Nestoris sedere jubet Telemachum super pelles orium; et Penelope mensæ assidet in sedili, tecta lineo mundo, et sociè elatorato.

(Calmet.)

illa colligeret ac sustentaret; neque si illa deesset, adhiberi poterant medicinæ aut splenæ quæ parti illi omninò declivi aliquid possent afferre subsidium. Nam, ut pluribus ostendimus in nostris Commentariis in Cantica, ad illud cap. 5: *Crura illius columnæ marmoreæ*, Hebræis, quod etiam de Palestinis sententium, nulla fuere feminalia. Rationes ibi plures adduximus, ex illis has accipe. Levit. cap. 6 et 16, sacerdos ingressurus sanctuarium jubetur assumere femoralia, ex quo intelligitur, aliis temporibus ac locis illa non habuisse. Et Exod. 20, prohibetur sacerdos ascendere per gradus ad altare, ne ipsius turpitudine nuda reveletur; à quo periculo tutum illum redderent femoralia, si illa gestaret. Quæ femoralia, ubi suo munere perfunctus esset in tabernaculo, sacerdos, in gazophylacîo deponebat, scilicet alia sacerdotalia vestimenta. Ezech. c. 44, v. 18.

Cum ergo feminalibus Palestini carerent, quæ morbo magno videbantur futura subsidio, illa sibi confecerunt è pelibus, quia ille magis erant firmæ, et ad sustinendum intestinorum pondus opportune. Hoc mihi magis videtur ad veritatem; quod enim alii dicunt, *sedes* illas pellicæas eo consilio fuisse comparatas, ut mures arcerent, neque sinceret intestina diffuentia corrodere, mihi nunquam probari potuit. Quid enim mures nocementi Philisthæis attulerint, satis explicat Scriptura, neque ullam nobis conjecturam offert, ut tanta cogitemus, qualia hi de muribus aut sentiniis, aut conjectant. Deinde, quia illorum nonnulli tunc dicunt aut in læceras nates, aut in prominentia intestina mures irruere, cum ipsi ventris onus deponerent; at tunc feminalia illa è pelibus consuata nullum usum contra soricum insidias et molestiam afferrent, cum partes illæ tunc essent nudatè necessariò, quas infesti mures tantùm appetent.

*Sedes* porrò pro *sedis*, id est natium tegumentum summi novum non est, cum id sit Scripturæ sacræ et profanæ quoque disciplina non infrequens, ut ornamentum, aut vestis illius partis nomen sibi vindicet, quam ornat aut tegit. Sic *pedes* pro calcamentis sumuntur, Deut. 8, v. 4, Esdræ 1. 2, c. 9, v. 21; corpus pro corporis tegumento, Exod. 21, v. 5, ubi Vulgatus: *Cum quæ veste intravit, cum tali exeat.* Hebraicè: *Cum quo corpore intravit.* Et ita vertunt Pagninus et Vatablus. Plura in omni linguâ habes in nostris Commentariis super Cantica, proleg. 9. Cum ergo feminalia partes illas corporis velent, quæ *sedes*

appellantur, ipsa quoque nominantur sedes.

VERS. 10. — MISERENT ERGO ARCAM DEI IN ACCARON (1). Cùm Gethæi non minùs gravem divinam manum essent experti, quàm priùs Azotii, ad Accaronitas arcam transmittendam curarunt. Erat autem Accaron copiosa civitas et laeta, quæ regulum habuit, sicut et Geth, ut constat ex Josue c. 15. Placet quod Josephus putat, per omnes Palæstinæ satrapias circumductam arcam, et secum, quocumque pergeret, pestilentem illam plagam circumtulisse. Quod inde mihi fit certum, quia si non omnes illæ quinque provinciæ, sive satrapiæ, non fuissent illo morbo percussæ, non misissent Philistæi cum arcâ anos quinque aureos, et totidem mures pro provinciâ numero. Ut aperit dicitur c. 6, v. 5, ubi omnes illæ satrapiæ eodem vulnere dicuntur esse percussæ. Percutiebantur autem illæ civitates quas arcam Domini ingredi contingeret. Neque de quinque tantùm civitatibus, quæ provinciâ erant capita atque metropoles, sed de singulis etiam civitatibus, quæ illarum jurisdictioni suberant, intelligendum est. De omnibus enim dicitur: *Illis autem circumducentibus eam, fiebat maris Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis.* Sed Scriptura brevitate gratiâ non omnes enumerat, sed postea variis modis non

(1) Accaron una erat è maximis urbibus Philistinorum, sita ad Mediterraneum, inter Azotum et Jamniam.

EXCLAMAVERUNT ACCARONITE, facile principes et magistratus; queruntur enim: *Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficeret nos et populum nostrum.* (Calmet.)

Ceux d'Accaron crièrent: *Ils nous ont amené l'arche de Dieu afin qu'elle nous tue.* Le peuple d'Accaron qui s'écrie de frayer au premier bruit qu'ils entendent que l'arche va venir chez eux, représente admirablement ces personnes qui, au premier mot qu'on leur dit pour leur salut, et à la première vérité de l'Évangile qu'on leur annonce, rejettent l'arche de Dieu, c'est-à-dire sa parole et sa vérité, et croient qu'on leur veut imposer un joug qui leur serait insupportable. Bien loin de penser à devenir les véritables adorateurs du Dieu qui repose dans l'arche, ils croient qu'on renvoie cette arche, de peur qu'elle ne les fasse mourir, et ils ne peuvent souffrir même parmi eux la présence des hommes de Dieu, qui sont les fidèles dispensateurs de sa parole et de sa loi, dont cette arche était la dépositaire. Mais ils ne laissent pas d'être frappés comme les autres. Il suffit d'être Philistin pour être maltraité de l'arche. Il faut ou renoncer à ce peuple réprouvé de Dieu, ou s'attendre à être enveloppé dans sa ruine. Qui n'a renvoyé l'arche ou qui l'a rejetée, on sera toujours ennemi de Dieu, à moins de devenir son peuple et d'être aimé de son esprit. (Sacy.)

obscuré significat, ut statim v. 12, et c. 6, v. 5. Quâ de re satis Abulensis q. 18, ubi etiam quærit, an sicut Dagonem arca deiecit et contrivit, sic etiam aliarum civitatum deos eodem etiam modo turpaverit confrogeritque. Et docet, unum tantùm Dagonem in eâ regione fuisse contritum, quia aliter rem tantam Scriptura non tacuisset, præsertim cùm de aliis civium plagis satis fuerit disertè locuta. Quâ de re nos aliqua c. 6, v. 5.

VERS. 12 (1). — VIRI QUOQUE, QUI MORTUI NON FUERANT, PERCUTIEBANTUR IN SECRETIORI PARTE NATUM. Ex his verbis fit verisimile, plurimos ex illâ regione ad aspectum arcæ mortem subisse repentinam, ad eum modum quo viri Bethsamitæ, cùm ad illorum conspectum appuli arca, perierunt. Hic enim duo videntur constitui hominum genera, alterum illorum qui fædo illo atque oculo morbo laborarunt; illorum alterum, quos arca conspectus ant adventus extinxit. Quasi dicat historicus sacer, Philistinorum alios subitâ fuisse morte sublatos, alios ulcere correptos intolerabili.

ASCENDERAT ULULATUS UNIVERGUSQUE CIVITATIS

(1) Chaque ville où allait l'arche était remplie de frayer et de mort. Ces châtiments de Dieu semblent effroyables, ils sont proportionnés à la dureté de ces peuples, qui n'étaient touchés que de ce qui leur frappait les sens. Mais ceux de la religion chrétienne sont bien plus terribles, quoique étant insensibles et spirituels selon l'état de la loi nouvelle, ils aient besoin de la foi pour être compris. Dieu vengeait alors son arche qui était sainte, et qui était la figure du Saint des saints. Il venge maintenant la chair adorable de son Fils qui est la vérité de cette figure, et qui souvent est abandonnée à des amis indignes, qui sont le temple, non d'une idole seulement, comme était Dagon, mais d'autant de démons qu'ils ont de passions qui les dominent. On profane ainsi par un sacrilège ce qu'il y a de plus saint dans le ciel et dans la terre; et il semble que ce soit impunément. Mais on peut dire véritablement que l'impunité apparente de ces crimes en est le plus grand supplice. *Impunitas ipse poenalis est,* dit saint Augustin. Dieu ne fait plus sentir le poids de ses jugements par des punitions effroyables; mais il abandonne l'âme à cette lethargie intérieure qui ne lui laisse aucun sentiment. Il ne frappe plus les corps par des plaies honteuses, mais il les livre à des passions qui sont les maux effectifs dont ces malades étaient les images.

Ainsi ils ne se plaignent point comme faisaient alors ces idolâtres, dont les cris montaient jusqu'au ciel; mais ils doivent craindre que descendant toujours insensibles à leur péché et à leur endurcissement même qui en est la peine, ils ne se ferment enfin la porte de la miséricorde de celui dont la bonté ne se lasse point de les soulager. (Sacy.)

IN CÆLUM. Hyperbolicum dicendi genus, quo que magna sunt ad cælum ascendere dicuntur. Sicut Deut. 1, v. 28, civitates dicuntur ad cælum usque fuisse munite. Et Psal. 106, de gravi tempestate dicitur: *Ascendant usque ad cælos, descendant usque ad abyssos.* Neque id minùs apud profanos usitatum. Unus Virgi-

#### CAPUT VI.

1. Fuit ergo arca Domini in regione Philistinorum septem mensibus.

2. Et vocaverunt Philistiim sacerdotes et divinos, dicentes: Quid faciemus de arcâ Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt:

3. Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuum, sed quod debetis reddite ei pro peccato: et tunc curabimini, et sciatis quare non recedat manus ejus à vobis.

4. Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi:

5. Juxta numerum provinciârum Philistinorum quinque anos aureos facietis et quinque mures aureos, quia plaga una fuit omnibus vobis et satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, et similitudines murium, qui demoliti sunt terram, et dabitis Deo Israel gloriam, si fortè relevet manum suam à vobis et à diis vestris et à terrâ vestrâ.

6. Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Ægyptus et Pharaon cor suum? nonne, postquàm percussus est, tunc dimisit eos, et abierunt?

7. Nunc ergo arripite et facite plaustrium novum unum: et duas vaccas fossas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, et recladite vitulos earum domi.

8. Tolletisque arcam Domini, et ponetis in plaustro, et vasa aurea quæ exsolvistis ei pro delicto ponetis in capsellam ad latus ejus, et dimittite eam ut vadat

lius lib. 2 Æneid. plurima suppedabit exemplis:

..... *Penitusque cave clangoribus ædes*  
*Femineis ululant; ferit astra sidera clamor.*  
Et iterum de Laocoonite:  
*Clamores simul horrendos ad sidera tollit.*

#### CHAPITRE VI.

1. L'arche du Seigneur ayant été dans le pays des Philistins pendant sept mois,

2. Les Philistins firent venir leurs prêtres et leurs devins, et leur dirent: Que ferons-nous de l'arche du Seigneur? Dites-nous comment nous la renverrons au lieu où elle était. Ils leur répondirent:

3. Si vous renvoyez l'arche du Dieu d'Israël, ne la renvoyez point vide; mais rendez-lui ce que vous lui devez pour l'expiation de votre péché; et alors vous serez guéris, et vous saurez pourquoi sa main ne se retire point de dessus vous.

4. Ils leur demandèrent ensuite: Qu'est-ce que nous devons lui rendre pour notre péché? Les prêtres répondirent:

5. Faites cinq ans d'or, et cinq rats d'or, selon le nombre des provinces des Philistins, parce que vous avez tous été frappés, vous et vos princes, d'une même plaie. Vous ferez donc des images de la partie qui a été malade, et des images des rats qui ont ravagé votre terre, et vous rendrez gloire au Dieu d'Israël, en reconnaissant que c'est lui qui vous a frappés, et que c'est de lui seul que vous attendez votre guérison. Il retirera peut-être sa main de dessus vous, de dessus vos dieux et de dessus votre terre.

6. Pourquoi appesantirez-vous vos cœurs, comme l'Égypte, et comme Pharaon appesantit son cœur? Ne renvoyait-il pas enfin les Israélites, après avoir été frappé de diverses plaies? et ne les laissa-t-il pas aller? N'attendez pas, comme lui, à la dernière extrémité.

7. Prenez donc maintenant un chariot, que vous ferez faire tout neuf, par respect pour l'arche; et attachez-y deux vaches qui nourissent leurs yeux, auxquelles on n'aura point encore imposé le joug; et renfermez leurs yeux dans l'étable.

8. Prenez ensuite l'arche du Seigneur, et placez-la sur le chariot; et ayant mis à côté, dans une cassette, les figures d'or que vous lui aurez payées pour votre péché, laissez-la aller,